



**MAGNI OPERIS || DE OMNI=||BVS GERMANIAE ||  
EPISCOPATIBVS || EPITOMES:||**

CONTINENS ANNALES || Archiepiscopatus MOGVNTINI ac duodecim ||  
alioru[m] Episcopatum, qui Moguntino Suffra=||ganeatus titulo subsunt:  
Item BABEN=||BERGENSIS Episcopatus, ab || omni iugo Archiepiscopali ||  
exempti.||

**Brusch, Kaspar**

**Noribergae, 1549**

**VD16 B 8782**

Ioachimi Helli Levcopetræi, Mathematicum professoris Norimbergæ  
Elegidion.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64715)



IOACHIMI HELLERI LEV<sup>o</sup>

copetraei, Mathematicum professoris  
Norimbergæ Elegidion.

Quod dedit Eusebius tibi Graia Ecclesia Græcus,  
Socraticiq; labor maximus ingenij.  
Et Theodoriti solers industria docti,  
Sozomeniq; olim Musa uenusta tui:  
Et quod Saxonibus uir facundissime Crantzi,  
In patriæ laudes ingeniose, canis.  
Illud præstat idem Germanis Bruschius oris,  
Resq; fidemq; ornans Teutonis ora tuas.  
Sed non est oris parui, non carminis huius  
Artificis dignum uoce referre decus.  
Maxima sunt, ueterū quæ quondam abstrusa tenebris  
Eruit, & docuit luce nitere noua.  
Quæ latuit priscis intra præcordia uirtus,  
Quanta fides, pietas, relligioq; uiris:  
Protulit hic tandem studio uincente laborem,  
Innumerabilibus penè sepulta locis.  
Interea eloquio certat Patauine diserto,  
Fœcundo certat carmine Naso tibi:  
Quicquid id est alij uideant, ac mente reponant  
Quantus sit ueterum condere gesta labor.

XISTI BETVLEII AVGVSTANI

Phaleucion.

Musæ Picrides fauore uestro  
Musæ Castalides fauete cœptis

Tam



Tam pulchris. Monumenta sunt uetusta,  
Quæ multis studijs laboribusq;  
Vester Bruschius ille uates, atq;  
Cultor Castalijs iugis oberrans  
Collegit, uagus hinc & inde, Blattis  
Infestus: uario minister ille  
Vester Bruschius insidens labori,  
Vestris præsijs reliquit istud  
Tam cultum, nitidum, politum & amplum  
Tam splendens opus è uetustiori  
Depromptum, Monumenta nempe, sæclo.  
Non fiunt sine numine ista uestro:  
Est uestrum hoc opus. Illius labores  
Digno sunt meritò pares honore.  
Te Claiò pius & disertus ille  
Mystes rite colit pie & diserte,  
Præ musis reliquis fidelis: atq;  
Magnos promeruit Poëta honores.  
Est dignus uario Poëta honore,  
Huic κλειώ κλέος addito fideli  
Dignum, quod meritis fiet, Poëta.  
Quod si Bruschius hic tuus minister  
Gratam principibus uiris opellam  
Condet: quæ numeris cani merentur,  
Condet: quas meruere forte laudes  
Gestis egregiè uiri potentes.  
Quare Pierides faucte uati  
Claiò magnifico faue Poëta.

Ad Gera